

XIV

supra jam monui, Vincentio debeo, a quo paucis modo locis discessi; at aliorum tamen virorum doctorum libros a me neglectos non esse, quavis pagina invenies. Adiecta est ad finem libri *Dodwelli dissertatione de Nearchi paraplo cum Vincentii refutatione*, ex anglico in latinum translata. *Mappa geographica*, quam liberalis editionis hujus redemptor adjiciendam curavit, constructa et composita est ex duobus mappis accuratissimis in Vincentii Nearcho. Nomina ad littora scripta, nisi his signis () inclusa sunt, ex Nearchi paraplo sunt. Numeri adscripti relegant ad marginem superiorem, ubi vel nomina eorundem locorum ab aliis veterum servata vel nomina recentiora repe- riuntur.

Discedere a lectoribus nequeo, nisi publice benignitatem Jo. Reinhold Forsteri, Viri Illustris, professus, qui me et bibliotheca sua in quovis litterarum genere lectissima, et doctrina atque consiliis suis animo promptissimo juvit.

Scribebam Halis Magdeburgicis, in Gymnasio Lutherano, die XVI^{mo} Dec. 1797.

MAN-